

MARTINI  
BONACINÆ  
MEDIOLANENSIS  
OPERA OMNIA.

*Bibliol. Num.  
fr. Lu. G. Domènica:*

MARTINI  
BONACINÆ  
MEDIOLANENSIS

SACRÆ THEOLOGIÆ, ET I. V. D.

COMITIS PALATINI ET UTRIUSQUE

Signaturæ Referendarij Apostolici,

OPERA OMNIA,

IN TRES TOMOS DISTRIBUTA.

Quorum PRIORES duo nonnullis Tractatibus, quæ hætenus caruerant, & innumèris  
subinde accessionibus, quas adlubita notæ conspicientes indicant, locupletiores reci-  
duntur, ex accurata per ipsummet Authorem recognitione. TERTIUS demò in lucem  
prodit. Ut nihil ultra sit, quod ab Authore ad plenam & undecunque absolutam Moralis  
Theologiæ universæ, sive casuum conscientiæ tractationem expectare Lector debeat.

*Edicio novissima, & ceteris accuratior, sparsis hinc inde mendis, quæ in prioribus exciderant, verè  
expurgata, cui initio operis accessere propositiones aliquot à Summis Pontificibus  
ALEXANDRO VII. & INNOCENTIO XI. novissimè damnata.*



LUGDUNI


Sumptibus ANISSONIORUM, JOANNIS POSUEL,  
ET CLAUDIJ RIGAUD.

M. DC. LXXXIV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.



# BIBLIOPOLA, BENEVOLO LECTORI SALVTEM.



A rerum humanarum conditio est, AMANTISSIME LECTOR, ut nihil cœlum complexu suo coërceat, quod non alicui vitio admixtum, implicatūque sit: ita ut, quod de felicitate canebat Lyricus:

*Nihil est ab omni parte beatum,*

& de Imperatoribus Romanis Plinius in Panegyrico Trajani assererat, *neminem adhuc existisse, cuius virtutes nullo victorum confinio lauderentur*; id de cujuscumque rei perfectione sigillatim affirmari possit. Veruntamen, sicut ursam, foetus suos absque membrorum forma, figuræque parientem, eos postmodum assiduè lambendo effingere, atque formare sagacissimi naturæ speculatores observant: sic pleraque in ortu suo informia, & incondita, temporis lapsu, industriæque eorum, qui laborem iis insunt, ad optatos perfectionis exitus provehi constat. Quod in D. MARTINI BONACINÆ Operibus comprobare laboriosum non erit; hætenus enim tam inordinata, confusa, indigesta, mendosæque lucem viderunt, ut merum chaos jure merito possent nuncupari. Quàm malè igitur de Authore, tam insigni pietate, exquisitæque doctrina prædito meriti sint ij, qui præcedentibus Editionibus operam navaverunt, gravitet ferentes; hanc suscepimus adornandam; eaque decoris, concinnitatisque specie donandam, quæ & doctissimo Authore digna esset, & nostræ non mediocri diligentia, honoris antram velificaretur. Cujus quidem suscepti laboris quòd nos non pigeat illud facit, vel quod lippis oculis notum sit, quantum hæc nostra Editio ab antecedentibus discriminetur, quæ, præterquam quòd variis additionibus ab eodem Authore transmissis, & plerisque aliis post

---

I M P R I M A T V R.

FR. FRANCISCUS CARENUS Lector Theolog. Vicarius Rosæ, & S. Inquisitionis Mediolani.

FR. ALOYSIUS BARTONA pro Illustriss. Cardin. Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.

---

A P P R O B A T I O N E S.

**I**OANNES CLAUDIUS DE VILLE, in sacra Theologia Magister, in Archiepiscopatu Lugdunensi Promotor Generalis, & in hac Diocesi à Domino ALPHONSO LUDOVICO DU PLESSIS DE RICHELIEU, Illustrissimo & Reverendissimo Archiepiscopo Lugdunensi, Galliarumque Primare in librorum censuram incumbere iussi, fidem facimus, Nos ex tribus Tomis, in quos nunc primum digesta sunt opera omnia D. MARTINI BONACINÆ ad Moralem Theologiam, sive casus conscientie spectantia, primum, & secundum Tomum, & qui aliàs extra hoc regnum, & hic Lugduni, jam cusi fuerunt atque recusati, nunc primò prodite ex novissima Auctoris recognitione, tertia parte auctiores, eisque accedere nunc primò Tomum Tertium, qui est de Censuris in particulari, in quo, ac etiàm in additionibus, quibus duo priores Tomi in hac editione cumulantur, nihil esse, vel Catholicæ doctrinæ, vel bonis motibus adversans: sed omnia, ea soliditate ac doctrinæ ubertate explicari, quæ Auctoris nomen ubique celebre, ac dignitatem exquisitè useantur Lugduni 8. Kal. Iunias 1629.

DE VILLE.

**P**RÆTER gravissimorum doctorum virorum, cum ex natali solo, tum aliunde, varias Approbationes & testimonia, Nos infrascripti & subsignati Doctores Parisienses, D. MARTINI BONACINÆ Mediolanensis S. Theologiae, & I.V.D. &c. Opera omnia, Tomum præsertim tertium de Censuris in particulari, qui prioribus adjectus est, vidimus, nihilque in illis fide indignum Catholica reperientes approbavimus. Lugduni in Conventu sancti Bonaventurae 9. Kalendas Augusti 1629.

FR. DESIDERIUS RICHARD Guardianus S. Bonaventurae.  
FR. BERNARDINUS MOLLIASSON in præfato Conventu Lector.

---

*Summa Privilegij à Christianissimo Galliarum Rege concessi.*

**L**UDOVICI XIV. Galliarum & Navarre Regis auctoritate sancitum est, ac patentibus literis cautum, ne quis in regno suo, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos decem annos, à die impressionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quovis modo & ratione cure librum, qui inscribitur: MARTINI BONACINÆ Opera omnia, præter Anissonios Bibliopolas Lugdunenses, aut illos quibus ipsimet concesserint: prohiberetur insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis, eundem Librum, extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quemquam ubicumque fuerit, ad id agendum impellere ac instigare, sine consensu dictorum Anissoniorum, idque omne sub confirmatione Librorum, aliisque poenis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Versaliæ die 19. Septembris 1680.

De mandato Regis.

Signatum

LE PETIT.

Dein præsum primæ editionis die 29. Decembris 1681.

SERIES

# S E R I E S

Tractationum moralium, his tribus **D. MARTINI**  
**BONACINÆ** Voluminibus recens  
locupletatis, contentarum.

## T O M O I.

- T R A C T A T V S.**
- I. De Sacramentis in genere, ac in specie de Sacramento Baptismi Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Extremæ-Unctionis, & Ordinis.
  - II. De magno Matrimonij Sacramento,
  - III. De Censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis.
  - IV. De Horis Canonicis, sive quæ privatim, sive quæ in Choro recitantur.
  - V. De Clausura, & pœnis violatoribus ejus impositis.
  - VI. De Simonia, & re beneficiaria, magna ex parte.
  - VII. De alienatione bonorum Ecclesiasticorum.
  - VIII. De largitione munerum Regularibus interdicta.
  - IX. De Beneficiorum residentia.
  - X. De fructibus beneficiorum ritè impendendis.
  - XI. De obligatione denunciandi delinquentes, præsertim hæreticos, & Confessarios ad turpia sollicitantes.

## T O M O II.

- XII. De legibus, & peccatis, & præceptis Decalogi & Ecclesiæ.
- XIII. De restitutione, & Contractibus.

## T O M O III.

- XIV. Accurata discussio de omnibus Censuris in particulari, & variis Summonum Pontificum, præsertim GREGORII XV. & URBANI VIII. Constitutionibus.

*Sed & antè hunc editi Tractatus, jam variis accessionibus, vivente Authore, quàm multis aliis post ejus obitum transmissi ita cumulati sunt, ut videri propè queant prodire nunc primum, id quod & necessariò auctus voluminum numerus docet; & per seipsum Lector, collatis cum hac nostrâ anterioribus editionibus, deprehendet.*

# PROPOSITIONES

QUAS

ROMANI PONTIFICES

FEL. REC. ALEXANDER VII

Et Novissimè

INNOCENTIUS XI.

In Sacra Generali contra hæreticam pravitatem Congregatione damnarunt.

His accedunt Clementis X. Constitutio declaratoria Privilegiorum Regularium quoad verbi Dei prædicationem, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem; ac ejusdem Innocentij Papæ XI. Decreta duo:

Alterum de Falsis, & Apocryphis Indulgentiis:

Alterum de Communionis Quotidiana.

FERIA V.

Die 24. Septembris 1665.

**I**N Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & universali Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. ALEXANDRO Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſimo, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter Deputatis.

SANCTISSIMUS D.N.

**A**udivit non sine magno animi sui moerore, complures opiniones Christianæ Disciplinæ relaxatas, & Animarum perniciem inferentes; partim antiquatas iterùm suscitatas partim noviter productas; & summam illam humanitatis ingeniorum licentiam in dies magis exercecere, potquam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus orandi irrepsit alienus omninò ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro tibi regula fideles in praxi sequerentur, ingens erupturas Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore via salutis, quam sapientia veritas Deus, cuius verba in æternum permanent, actus esse desinere, lanquam perniciem dilatare, seu veritas perverti contingeret, idem Sanctiss. D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatioſa, & per quam itur ad perditionem via, suo pastoralis sollicitudine in rectam sententiam evocaret, eundem opinionum examen pluribus in Sacra Theolog. Magistris, & deinde Eminentiſſ. & Reverendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem General. qualis, seris commisit: Qui tantùm negotium strenuè apressi, eique sedulo incumbentes, & mature discussisque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, sup. unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati sue singula exposuerunt.

1. Homo nullo unquam se sine tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinatorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam ad alios incurrat.

3. Sententia aſſertens, Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum; quando publica sunt, & id non derogat facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermet, anno 1625. 18. Jur.

*Bonacina Sum. Mor. To. I.*

in Consistorio Sacr. Congreg. Eminentiſſ. Card. visa, & tolerata est.

4. Prælati Regulares possunt in foro conscientie absolvere quoscumque seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

5. Quamvis evidenter tibi constet Futurum esse hæreticum, non tenentis denunciare, si probare non possis.

6. Confessarius, qui in Sacramentali confessione tribuit Pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; ac proinde non est denunciandus.

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est: Si sollicitus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsam absolvere absque onere denunciandi.

8. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando pœnitenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.

9. Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere collato illi minore stipendio, alia parte stipendij sibi retenta.

10. Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre: Neque etiam est contra fidelitatem, etiam si promissum promissione etiam juramento firmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeram.

11. Pœccata in Confessione omiſſa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenentur in sequenti Confessione exprimeri.

12. Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obiecta ad ill. Episcoporum facultate.

13. Satisfacit præcepto unius Confessionis, qui absolvitur Regulari Episcopo presentato, sed ab eo injustè reprobat.

\* \*

24. Qui



# TRACTATUS DE SACRAMENTIS. DISPUTATIO PRIMA.

*De Sacramentis in genere.*



**S**ACRAMENTI nomen non solum à profanis, verum etiam ab Ecclesiasticis Scriptoribus variis modis accipitur; aliquando enim sumitur pro secreto, juxta illud Tobie 11. *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Aliquando pro juramento, *c. si juramenta, 11. q. 4. [ & l. sacramenta puberum, c. si advers. vendit. ]* Aliquando pro mysterio, ad Timotheum 3. *Magnum est pietatis Sacramentum;* ubi in Græca editione habetur, *mysterium.* Aliquando, & ferè communiter, Sacramentum accipitur pro re sacra, ut tradit Bellarminus *lib. 1. de Sacramentis cap. 2. Navarr. in summa, c. 22. num. 1. Valentia tom. 4. disp. 3. q. 1. punct. . . Henricq. lib. 1. c. 2. Didacus Nugnez in 3. partem S. Thoma, in sua præfatione, significatione 5.*

Coninchus *de Sacramentis in genere, q. 6. a. 1. Sayr. de Sac. in genere, a. 1. Valq. 3. p. q. 60. disp. 1. & c. 1. [Suar 3. p. q. 60. Filline. tr. 1. c. 1. n. 3.]* & alii. Nos in præsentì accipimus Sacramentum, ut significat id, quod à Christo fuit institutum ad conferendam gratiam, de quo nobis sex principaliter querenda sunt:

- Primò, quid, quotuplex, & quàm necessarium sit Sacramentum.
- Secundò, quæ sit ipsius materia, & forma.
- Tertiò, quæ sit causa efficiens.
- Quarò, quisnam sit ipsius effectus.
- Quintò, quòmodo sit objectum.
- Sextò, quo ritu, & cæremoniis administrandum sit.

## QUÆSTIO PRIMA.

*De numero, necessitate, & definitione Sacramenti.*

### PUNCTUM I.

*Quid sit Sacramentum.*

- 1. Sacramentum quid sit.
- 2. Sacramentum non est ens rationis.
- 3. An Sacramentalia sint Sacramenta.
- 4. Sacramentum sit, an sit Sacramentum.
- 5. Signum quid sit.
- 6. An Sacramentum dicatur signum.
- 7. Sacramentum quomodo dicitur signum.
- 8. An Sacramentum debeat esse signum similitudine representationis [id] quod significat.
- 9. Cur Deus signis & rebus naturalibus instituit Sacramenta.

Anders Pefantius 3. p. de Sac. disp. 3. cõd. 7. Petr. Ledesma 1. p. Sacram. c. 2. cõsp. Prima conclusio. Sacramentum dicitur res sacra signum, vel invisibilis gratiæ visibilis forma.

Juxta Hugonem de S. Victore l. 1. p. 202. Sacramentum est corporale elementum foris sensibiliter propositum, et similitudine repræsentans, & ex institutione significans, & continens spiritualem gratiam.

Juxta Magistram de 4. d. 1. quem sequitur Grassard. in 1. q. 7. Vale. de 2. c. 3. n. 2. & alii apud eundem Valq. nec differt Alexander Pefantius 3. p. de Sac. disp. 2. cõcl. 2. est invisibilis gratiæ visibilis forma, ita ut imaginem gerat, & continens.

Juxta Cathelicum P. V. de Sac. de notione, cui adheret Bellam. de Sac. l. 1. c. 12. Pefant. de cit. cõcl. 3. & alii Sacramentum est visibilis subiecta, quæ ex Deo institutione, sanctificatione, & justitia, cù significanda, in effectum vim habet, seu est invisibilis gratiæ visibilis signum ad nostram justificationem institutum.

Sed omnis variis definitionibus passim Doctores tradentes, hanc ego propono, quæ satis explicite videtur naturam, vim, & efficaciam Sacramentorum.

### UNICA PROPOSITIO.

1. Sacramentum est signum factum, non solum significans, verum etiam efficiens rem sacram (sanctificantem) hominibus. Hæc definitio optima est, juxta præcepta Aristot. 2. cõp. 1. cõcl. 2. & Berti in 2. de definitione, cõstat enim genere, & differentia.

**L**EX 1. Sacramenti definitiones afferuntur à DD. cum nota S. August. lib. 10. de Civitate, quem sequitur D. Th. 3. p. q. 60. art. 1. in cõsp. Henricq. lib. 1. de Sacramentis, c. 1. n. 3. Berti in 2. de definitione, cõcl. 2. s. 1. Intus D. Alex. Benav. Sum. Mor. 2. d. 2.

2. Sacramentum quid sit.